

quod se tanquam Deum in Ecclesiâ
ostendit & ostētat. Hinc efferatissimū
istud Nicolai Papæ phryagma ex epi-
stolâ ad Michaëlē Imperatorē (cu-
jus initiū, Proposueram^o) in jus Ca-
nonicum tanquam legalem Ecclesiæ
Pontificiæ normanz relatum est, di-
stinct. 96. c. satis: Satis evidenter
ostenditur, à seculari potestate nec li-
gari prorsus, nec solvi posse Pontifi-
cem, quem constat pio Principe Con-
stantino (quod longè superius memora-
vimus,) Deum appellatum: nec posse
Deum ab hominibus judicari ma-
nifestum est. Quod ipsum Augu-
stinus Steuchus Papæ Bibliothecari-
us in libro de Donat. Constant.
Lugduni Ann. 1547. evulgatō, pag. 141
summoperè dilaudans mentem Papæ
enucleatius proponit: Audis, inquit,
summum Pontificem à Constanti-
no Deum appellatum, & habitum
pro Deo? Hoc videlicet factum est,
cum